

taliter, quia omnia ista inferiora sunt instrumenta superiorum

(2) Ad secundam rationem dicendum, quod motus continentis prohibet putrefactionem, et ideo motus aquae subtiliat magis et depurat quam putrefaciat, quia motus ipsius aquae impurae est continua incorporatio virtutis superioris; sed non est ita de motu

corporum superiorum, quia per motum eorum causatur calor hic inferius. Et similiter continuatur motus hic inferius, quia forte cessante primo motu cessaret omnis motus hic inferius. Unde motus corporis superioris non impedit putrefactionem, sed magis incitat calorem generando, licet motus aquae impediatur putrefactionem corporis contenti.

## LIBER OCTAVUS DECIMUS

### Quaestio 1

Utrum fortitudo virtutis sit causa generationis masculi

*Iam narravimus superius generationem animalium*  
20 etc. Circa istum octavum decimum librum primo quaeritur de distinctione sexus. Et primo quaeritur, utrum fortitudo virtutis sit causa generationis masculi.

(1) Et videtur, quod non. Virtus radicaliter procedit a corde; ibi ergo est virtus fortior, quo cor magis 25 declinat; sed situs cordis tendit ad partem sinistram; ergo ibi est virtus fortior; si ergo fortitudo virtutis esset causa masculi, masculus magis generaretur in parte sinistra quam in dextra. Cuius oppositum dicit PHILOSOPHUS.

30 (2) Praeterea, virtus maris vincit super virtutem feminae, quia sperma maris est sicut forma et agens et semen feminae sicut materia et patiens. Si ergo fortitudo virtutis esset causa masculi, cum virtus maris semper sit fortior, semper generaretur masculus, quia 35 simile generat sibi simile. Hoc autem non est verum.

Oppositum dicit PHILOSOPHUS.

Ad istud dicunt quidam, quod generatio maris et feminae diversificatur secundum partes matricis, quia

ut plurimum in parte dextra generatur masculus et in sinistra femina. Sed illud non est verum, quia 40 quandoque invenitur contrarium, scilicet in sinistra masculus et in dextra femina. Et quandoque in una eadem parte matricis inveniuntur gemelli, quorum unus est masculus, alius femina. Et praeter hoc si embryo generaretur in medio matricis, secundum 45 hanc positionem sequeretur, quod in dextra parte erit masculus et in sinistra femina idem fetus numero, quod est inconveniens.

Alii dicunt, quod calor est principium generationis masculi et feminae frigiditas; sed illud adhuc non 50 potest esse verum, quia secundum hoc, si embryo in propinqua dispositione ad masculum proiceretur in matricem frigidam, mutaretur in naturam feminae, et e contrario fieret, si femina proiceretur in matricem calidam. 55

Ideo dicendum secundum mentem Philosophi, quod fortitudo virtutis est principalis causa masculi et debilitas est causa feminae. Cum enim virtus est fortis, tunc semen complete digeritur et cum virtus est debilis, menstruum redditur quasi indigestum. 60 Sed ex semine bene digesto generatur masculus, et ideo fortitudo virtutis est causa generationis masculi. Unde ad hanc causam possunt positiones omnium

5 aquae + currentis T | magis-putrefaciat] et mundificat et non corrumpit T 6-7 motus-incorporatio] per motum ipsius aque impeditur quecumque (?) incorporatio motus sive T 8 corporis superioris T | quia-eorum T a quo PE > M 9-11 Et-inferius T > (hom.) MPE 12-13 sed-generando > T 14 contenti T continentis MP etc. E + Incipit liber decimus octavus M 19-20 Iam-etc. > MPE 21 de-quaeritur > T 27 causa + generationis T 31 et > M 32 et patiens > T 34 semper<sup>1</sup> > T 35 simile<sup>2</sup> > MPE 38 quia] qui T 42 una T > MPE 47-48 idem-inconveniens > T 50 adhuc > T 51 embryo + masculus sive T 53 feminae + quod est falsum T 54 proiceretur] procederetur E caderet T 57 principalis > T 62 causa + principalis T

19 Arist., De gen. animal. 1.4 c.1 (763 b 20-23): 'Iam narravimus superius generationem animalium generaliter et particulariter et iam scivimus, quod mas et femina distinguuntur in animalibus completis, et dicemus modo, quod istae virtutes sunt principia omnium animalium et arborum'. — 29 Arist., ibid. 763 b 32-765 a 25. — 36 Arist., ibid. 765 a 34-b 15: 'Sermo vero illorum qui fingunt, quod calor et frigus est causa generationis maris et feminae, et sermo illorum etiam qui fingunt, quod exitus spermatis ex parte dextra aut parte sinistra est causa illius, est aliquid dicere secundum aliquem modum; nam pars dextra est calidior sinistra, et quod est calidius, est magis digestum. Sed iste sermo est similis sermoni illorum, qui appropinquant comprehensioni causae ex remoto. Et debemus comprehendere causam ex principiis propinquioribus, et iam narravimus superius dispositionem cuiuslibet membri et causam illius declaravimus. Sed mas et femina distinguuntur per aliquam fortitudinem et debilitatem eius contrariam. Sperma ergo potens digerere aliquid et sustentare in eo principium necessario erit mas. Et volo dicere principium, non materiam, ex qua erit simile illius quod generat, sed principium movens, si potest facere hoc per se aut per alium. Et sperma est quasi operans et materia feminae quasi patiens'. Cf. Avic., De animal. 1.18 (f.62 vb-63 ra). Averr., De gen. animal. 1.4 c.2. Alb., De animal. 1.18 tr.1 c.1-2 n.1-21.

aliorum reduci, quia pluries in dextra parte matricis generatur masculus, quia ad partem dextram maior est influentia cordis et per consequens virtus fortior est.

Praeterea, fortitudinem virtutis concomitatur calor potens, et calidi est digerere, et ideo dicitur a quibusdam, quod calor est causa generationis maris, quia calor est instrumentum virtutis, quae est causa principalis. Propter hoc etiam iuvenes sive pueri et senes ut plurimum generant feminas, quia iuvenes nondum pervenerunt ad fortitudinem virtutis et senes deficiunt.

Praeter hoc etiam ventus septentrionalis facit ad generationem masculi, et australis facit ad generationem feminae, quia boreas purus est et mundificat et depurat aërem et vapores et acuit virtutes naturales; sed ventus australis est humidus et pluviosus et magis est causa digestionis. Unde multa concurrunt tamquam accessoria ad generationem maris, fortitudo tamen virtutis est causa principalis.

(1) Ad rationes: Ad primam dicendum, quod etsi cor declinat ad partem sinistram quantum ad situm, magis tamen tendit ad dextram quantum ad influentiam.

(2) Ad secundam rationem dicendum, quod licet sperma viri se habeat ad semen feminae sicut agens ad materiam, quandoque tamen semen feminae est inoboediens et nimis agenti resistens, et tunc non totaliter convincit virtus maris, et ideo non potest perfecte sibi assimilare fetum, sed tunc agit secundum exigentiam materiae, et generatur femina.

### Quaestio 2

#### Utrum generatio illius quod habet utrumque sexum, sit naturalis

Ulterius quaeritur, utrum generatio illius quod habet utrumque sexum, sit naturalis, ut hermaphroditi.

(1) Videtur, quod non. Nam sicut est commixtio elementorum, sic est commixtio sexuum; sed commixtio elementorum est uniformis; ergo et commixtio sexuum.

(2) Praeterea, virtus maris aut vincit aut vincitur; si vincit, generatur mas, si vincitur, femina; non ergo est possibile, quod medium generetur.

(3) Praeterea, si natura talem fetum posset producere, tale posset generare in se, cum habeat membra utrique sexui convenientia.

Oppositum dicit PHILOSOPHUS.

Ad istud dicendum, quod natura agit per intentionem, quia agit propter finem; sed duplex est intentio: prima et secunda. De intentione prima naturae est producere melius, quantum potest. Sed de intentione secunda est, quod si deficiat a meliori, producere quod sibi est propinquius. Et ideo cum virtus naturalis potens est, marem producit; cum autem impeditur a productione maris propter resistantiam materiae, si dispositiones materiae excellant vel simpliciter vincant, producit simile illi a quo descindebatur materia, ut <si> producit feminam. Si autem virtus in parte vincat et in parte vincatur, inquantum vincit, producit membra convenientia mari, inquantum vincitur, producit membra convenientia feminae. Illud tamen non fit sine superfluitate materiae, alioquin non produceret in eodem fetu virgam et matricem. Unde si respiciamus primam intentionem naturae, productio talis fetus est innaturalis; si autem respiciamus secundam intentionem, ista productio naturalis est, quia a causa naturali procedit.

(1) Ad rationes: Ad primam dicendum, quod commixtio elementorum uniformis est, quia elementa appropinquata agunt et patiuntur ad invicem. Unde si non omnis pars mixti esset mixta, sed una pars esset simplex, et ipsa pars simplex ageret in aliam, sive esset simplex sive mixta. Sed tanta contrarietas non est inter partes maris et feminae.

(2) Ad secundam rationem dicendum, quod sperma maris non semper simpliciter vincit aut vincitur, sed in parte potest vincere et in parte vinci.

(3) Ad tertiam dicendum, quod tale monstrum non potest generare in se, quia licet habeat membra utriusque sexus, tamen per membrum maris non potest spermatizare in matricem propriam. Unde forte in aliam potest spermatizare et generare, tamen impraegnari non potest, quia tactum fuit in QUINTO, quod omnes viragines sunt steriles, quia habent matricem conceptui non convenientes; ideo etc.

### Quaestio 3

#### Utrum causa assimilationis sit aliqua virtus in semine

Quaeritur ulterius de causa assimilationis filiorum, utrum causa assimilationis sit aliqua virtus in semine.

8 iuvenes sive >MPE 9 ut plurimum >MPE 15 est >MPE. | pluviosus T purus MPE 16 indigestionis T 19 etsi T si M licet magis PE 24-25 sicut-feminae >(hom.) M 34-35 ut hermaphroditi >T 44 tale T talem M >PE 50 quantum T quam M quod PE 57 ut-feminam >T 79 membra TPE 84 ideo etc.] quia nimis duras T 89 causa assimilationis >T

11 Cf. supra p.168 v.37sq. Avic., Canon l.3 fen 21 tr.1 c.12. — 46 Arist., De gen. animal. l.4 c.4 (772 b 26-29). Cf. Avic., Canon l.3 fen 20 tr.1 c.43. Averr., De gen. animal. l.4 c.4. Alb., De animal. l.18 tr.2 c.3 n.65-69. — 82 De hoc in libro quinto nihil invenitur sed cf. Arist., De gen. animal. l.2 c.7 (746 b 20-747 b 3). Alb., De animal. l.18 tr.2 c.9 n.93.

(1) Videtur, quod non. Quia in semine non est virtus nisi patris aut matris; sed fetus quandoque non assimilatur nec patri nec matri; ergo etc.

(2) Praeterea, imaginatio confert ad assimilationem. Dicitur enim, quod mulier imaginata forma cuiusdam daemonis depicti in quadam cortina super lectum semper concepit filios illi picturae similes, et idem legitur de Iacobo; sed manifestum est, quod virtus talis picturae non erat in semine. <sup>10</sup> Oppositum dicit PHILOSOPHUS. Dicit enim, quod secundum diversitatem virtutum in semine accidit variatio prolis.

Ad istud dicendum, quod agens naturale generat sibi simile, in quantum potest. Unde in generato semper remanet quaedam virtus ipsius generantis. Si ergo <sup>15</sup> descendatur semen a generante, in isto semine est virtus generantis proximi, et quia in isto generato est virtus sui generantis, ideo in semine est virtus generantis proximi et remoti. Nunc autem frequenter <sup>20</sup> contingit, quod sperma maris simpliciter dominatur super materiam vel menstruum feminae, et tunc perfecte assimilatur sibi generatum. In quantum enim in semine est virtus animalis, producit animal, et in quantum est virtus hominis, producit hominem, et in <sup>25</sup> quantum in eo dominatur secundum maritatem, producit marem, et in quantum dominatur secundum dispositiones accidentales et individuales, producit filium sibi similem in huiusmodi condicionibus. Unde completa victoria seminis vel spermatis viri super <sup>30</sup> materiam feminae est causa, quare fetus assimilatur patri. Si autem virtus spermatis dominetur secundum condiciones speciei, non tamen dominatur vel vincit secundum condiciones maris, pro eo quod calor eius est debilis et frigiditas et humiditas materiae ipsius <sup>35</sup> feminae est superflua, tunc si ista materia resistens agenti simpliciter dominetur et in propriis condicionibus matris, tunc producitur femina similis matri. Si autem virtus patris dominetur in condicionibus communibus maris, non tamen in condicionibus propriis, <sup>40</sup> in quantum est Socrates vel Plato, tunc virtus ista marem producit, sed non similem patri, sed producit fetum similem patri, quantum potest, quia in semine est virtus avi et proavi, remotius tamen quam patris.

Unde cum in virtute propria non potest producere simile patri, in virtute magis remota producit simile <sup>45</sup> avo vel proavo. Si autem ista virtus deficiat in condicionibus maris, vincat tamen in condicionibus et dispositionibus propriis et individualibus, feminam producit, sed similem patri. Et e contrario est, si vincat in condicionibus maris et vincatur in <sup>50</sup> condicionibus propriis, quia tunc producit marem similem matri. Et si deficiat ab assimilatione matris, producit similem, in quantum potest, aut aviae aut proaviae. Si autem vincat in condicionibus maris et non vincat in condicionibus individualibus et propriis neque <sup>55</sup> remotis, tunc producit hominem marem et quandoque nulli de parentela similem. Unde secundum diversum modum vincendi et dominandi diversimode assimilatur fetus.

(1) Ad rationes: Ad primam dicendum, quod in <sup>60</sup> semine est virtus patris et matris; sed virtus patris est virtus avi, quia pater ab avo processit, et ideo fetus potest assimilari avo. Et consimilis ratio est de parentibus magis remotis.

(2) Ad secundam rationem dicendum, quod virtus <sup>65</sup> imaginativa imprimit in naturalem, quia superior est et dominatur ei. Unde secundum diversas imaginationes alteratur totum corpus. Et secundum hoc contingit, quod oculus fascinantis alterat corpora puerorum — et secundum hoc dicitur, quod oculus fascinantis <sup>70</sup> proiecit rusticum in foveam —, quia pueri figuras vel aspectus quorundam magis admirantur quam aliorum, et ex hoc causantur in pueris timor et tremor; et ita de aliis. Unde diversus modus imaginandi alterationem causat in qualibet parte corporis, et propter hoc <sup>75</sup> illa mulier regia, de qua refert AVICENNA, imaginans figuram daemonis vel nani vel Aethiopsis secundum alios, peperit filios consimiles, quia in conceptu propter vehementem imaginationem succubuit virtus propria et virtus naturalis erat alterata secundum <sup>80</sup> modum imaginationis. Et eodem modo fuit de animalibus aspicientibus res diversi coloris, quia diversa impressio in anima causat alterationem in toto corpore. Et similiter est in semine. Verumtamen ad istas causas <sup>85</sup> particulares multum confert virtus agentis superioris.

7 filios-similes] fetum illius imaginis T 7-8 et idem legitur de Iacobo T > MPE 21 materiam vel > T 34 materiae > T 37 femina + et T 40 virtus ista > MPE 41-42 sed<sup>2</sup>- quantum T sed in quantum PE quantumcumque M 45 magis > T 50 vincat T vincatur MPE 51 marem T feminam MPE 52 ab assimilatione T a similitudine E ad similitudinem MP 53 aut<sup>1</sup>] ut T 56 et > T 62 est + quedam T 68-69 contingit MPE dicitur T 69-70 quod oculus-dicitur T > (hom.) MPE 70 fascinantis] festinantis PE 72 admirantur T ordi- nantur M abhorrent P horrent E 75-78 propter-alios] ideo mulier illa imaginans figuram demonis T 78 consimiles + illi imagini demonis T 81 fuit M est T fit PE 83 alterationem] diversitatem dispositionis T

7-8. 81-82 Gen. 30, 37-38. — 10 Arist., De gen. animal. l.1 c.18 (723 a 21-b 3). Cf. Avic., Canon l.1 fen 2 doct.2 c.14, l.3 fen 21 tr.1 c.2, 14. Alb., De animal. l.15 tr.2 c.3 n.76, l.18 tr.2 c.9 n.94-97. — 76 Vide supra p.172 v.31-32.

Quaestio 4

Quare sapientes et philosophi ut plurimum generant filios fatuos

Ulterius quaeritur, quare sapientes et philosophi ut plurimum generant filios fatuos et ignaros.

(1) Et videtur contrarium. Nam circa nobiliora magis sollicita est natura; sed ita est in brutis, quod parentes nobiliores generant filios nobiliores et meliores, ut patet in equis; ergo multo magis erit hoc in homine, qui est nobilior aliis.

(2) Praeterea, in spermate non solum est virtus corporis, sed animae, alioquin animatum non produceret; ergo cum filii assimilentur parentibus in dispositionibus corporalibus ut plurimum, pari ratione assimilabuntur in dispositione animae, ut sapientiae et scientiae etc.

Oppositum patet ad sensum.

Dicendum, quod sapientes ut plurimum generant pueros fatuos, quia secundum AVICENNAM una virtus intensa retrahit aliam a sua operatione. Nunc autem sapientes multum intendunt imaginationi et rationi et multum profundant suas cogitationes et meditationes. Unde in eis ut plurimum debilitatur virtus naturalis, et ideo frequenter sperma eorum est indigestum et malum, et propter hoc producuntur filii mali, quia qui bonus est in studio, pravus est in foro et in generatione vel venereo actu; ideo etc. Alia autem animalia magis intendunt virtuti naturali neque impediuntur propter profundationem cogitationum, et ideo ex bonis procedit filius bonus. Unde magis desideratur pullus unius equi quam alterius.

(1) Et per hoc patet ad primam rationem, quia aliter est de brutis et de homine et quia homines simplices toti sunt circa virtutem naturalem et ideo bene digerunt sperma; unde proles sapiens generatur.

(2) Ad secundam rationem dicendum, quod sapientes multum profundant cogitationes circa res nobiles, ideo modicum de virtute eorum transmittitur cum spermate; ideo etc.

Quaestio 5

Utrum in natura sit aliquod monstrum

Quaeritur ulterius de monstris. Et primo, utrum in natura sit aliquod monstrum.

(1) Videtur, quod non. Nam cuius operatio semper tendit ad bonum, apud ipsum non provenit monstrum; sed operatio naturae semper est ad bonum, quia finis habet rationem boni et natura operatur propter finem; ergo etc.

(2) Praeterea, apud quem nihil est superfluum, nihil diminutum, ibi non potest esse monstrum; sed tale est natura, quia 'natura nihil facit frustra neque deficit in necessariis'; ergo in natura nihil est superfluum, nihil diminutum; ergo etc.

Oppositum manifestum est.

Dicendum, quod in natura possibile est esse monstrum. Et huius ratio est: Nam quaedam sunt agentia, quae in suis operationibus non recipiunt impedimenta, ut superiora, et quaedam sunt, quae impedimenta recipere possunt, sicut omnia quae agunt ex suppositione materiae, quia ex inoboedientia materiae potest agens frustrari debito fine. Talia autem sunt ista naturalia; unde impediuntur a fine principaliter intento; sed illud quod accidit praeter debitum finem, istud est malum in natura et habet rationem monstri; ergo monstrum possibile est in natura.

(1) Ad rationes: Ad primam dicendum, quod operatio naturae ordinatur ad bonum, nisi impediatur; sed impedi potest; ideo etc. Vel potest dici, quia licet monstrum per comparisonem ad effectum per se intentum sit malum, ipsum tamen monstrum, in quantum rationem entis habet, bonum est.

(2) Ad secundam rationem dicendum, quod natura nihil facit frustra ex intentione neque deficit in necessariis; sed si tale fiat, hoc est praeter intentionem et propter occurrens impedimentum.

Quaestio 6

Utrum causa monstruositatis sit a parte materiae vel a parte efficientis

Ulterius quaeritur, utrum causa monstruositatis sit a parte materiae vel efficientis.

8-9 et-equis > T 14 ut plurimum > T 15-16 ut-etc. > T 19 sec. Avicennam > T 21 et rationi > T 26-27 quia-etc. > T 27 etc. + et e contrario M 29 ex profundatione T 30 producitur bonus fetus T 31-32 Unde-alterius > T 34-36 et quia-generatur > T 38 nobiles] alias T 39 eorum > T 43 de-primo > TPE 53-54 nihil est-etc.] non potest esse monstrum T 58-59 impedimenta] impedimentum per philosophum in XII metaphysice T 61 presuppositione T 70-71 effectum-intentum] finem intentum principaliter T

19 Cf. Avic., De anima pars 1 c.4-5, pars 5 c.2. — 80 Cf. Alb., Phys. 1.2 tr.3 c.3.

Et quod a parte efficientis, videtur. Nam a quo procedit complementum, ab eodem procedit incomplementum; dicit enim PHILOSOPHUS, quod sicut ex fortitudine agentis procedit effectus completus, sic ex debilitate eiusdem procedit effectus incompletus; ergo agens causa monstruositatis est.

Praeterea, nihil seipsum ducit ad actum; ergo materia, sive sit superflua sive diminuta, numquam faciet monstrum, nisi per alterum ducatur ad actum; agens ergo erit causa monstruositatis.

Oppositum dicit PHILOSOPHUS.

Dicendum, quod prima radix monstruositatis est ex parte materiae, secundo tamen provenit monstruositas ex parte efficientis, quia agens naturale agit ex suppositione materiae et agit propter finem. Si igitur materiam fini proportionatam invenit, debitum effectum producet; si autem materiam inveniat diminutam aut superfluum, effectum diminutum aut superfluum producet. Sicut enim est in multitudine filiorum, sic est in multitudine membrorum. Nam sicut agens inveniens materiam multis filiis proportionatam multos producit et, cum invenit materiam non sufficientem uni, ab actione desistit, sic est in generatione membrorum, puta manuum. Nam cum virtus formativa quinque digitos manus compleverit, si materiam adhuc habeat sufficientem uni digito et natura non sit otiosa, sextum digitum producet. Unde primo intendit natura tantum quinque digitos, sed postquam invenit materiam abundantem, intendit sextum. Et eodem modo est in diminutione, ut si productis quatuor digitis deficiat materia.

Et si quaeratur: Quare natura materiam sexti digiti non dividit in alios quinque, ita quod unusquisque digitus partem illius materiae recipiat — hoc enim esset melius, quam <si> sex produceret —, dicendum, quod natura ordinate procedit neque ex quacumque materia quodcumque producit, sed ex proportionali proportionale. Unde cum natura formaverit partes principales, partes producit consequentes proportionales. Unde digitos format et augmentat secundum proportionem ad residuam partem manus et brachii, et ideo non plus de materia demittit ad digitos, quam digiti requirant. Unde si materiam sexti digiti divideret in alios quinque, tunc nimis digitos quinque maioraret et proportionem excederet. Et praeter hoc natura operatur cum successione. Unde quinque digiti formantur, antequam partiatur materia sexti, et ideo illa

materia non potest partialiter dividi per quinque digitos.

Consimiliter est in aliis monstris. Nam in generationibus plures filios in matrice quilibet filius distinguitur ab alio per pelliculam mediam. Unde si contingat illam pelliculam rumpi in parte superiori et non in inferiori, tunc ista materia duorum filiorum concurret in parte superiori et separabitur in parte inferiori, et tunc generabitur homo vel equus habens unum corpus et unum caput et habens pedes duorum individuorum. Si autem e contrario pellicula rumpatur in parte inferiori et integretur in parte superiori, tunc fetus erit unus in parte inferiori et divisus in parte superiori, habens duo capita, et ita contingit de aliis monstris. Unde prima occasio monstri est ex parte materiae, sed quia materia non ducit se ad actum, sed ducitur ab agente, ideo agens secundaria causa est monstruositatis. Verumtamen si materia sit proportionalis et agens vel sit diminutum vel superfluum, tunc effectus in parte erit monstruosus, quia non completus erit. Sed adhuc monstruositas provenit ex parte materiae, quia licet ipsa sit proportionalis in se, tamen improporcionata est agenti, quia non sufficit materia et agens, sed requiritur proportio et oboedientia unius ad alterum.

Per hoc patet ad rationes; probant enim, quod agens aliquo modo est causa monstruositatis, et hoc concessum est; ideo etc.

### Quaestio 7

Utrum ex duobus diversis in specie possit generari animal habens partes diversorum in specie

Quaeritur ulterius, utrum ex duobus diversis in specie possit generari animal habens partes diversorum in specie.

(1) Videtur, quod non. Nam species sunt impermixtae secundum PORPHYRIUM; hoc tamen non esset, si talis generatio esset possibilis.

(2) Praeterea, matrix unius speciei non est proportionata spermati alterius; ergo si coeant, fetum non producent.

Oppositum innuit PHILOSOPHUS.

Dicendum, quod productio talium animalium habentium partes diversorum in specie non semper

3 ex + virtute et T 33 dividit T producit MPE 34 materiae] digiti T 38-39 principales + et interiores T 44 nimis] minores T 50 Consimiliter T consideratum M considerandum tamen PE 56 corpus MPE cor T 60 unus-inferiori et > T 61 habens duo capita > MPE 81-82 diversas T 84 sec. Porph. > T 86 speciei > T

3 Arist., De gen. animal. 1.4 c.4 (770 a 6-7): 'Et universaliter est melius opinari, quod causa (monstri) sit in materia et in creatione morum impraegnationis et conceptionis'. Cf. Alb., De animal. 1.18 tr.1 c.6 n.46-52. — 84 Porphyrius, Isagoge, transl. Boeth. ed. Brandt p.334 v.11. — 89 Cf. Arist., De gen. animal. 1.4 c.3 (769 b 13-16).

provenit ex diversis in specie, quia tempora imprae-  
gnationis diversorum animalium sunt diversa, ut in-  
nuit PHILOSOPHUS. Aliquod enim est tempus in quo  
impraegnatur unum animal, in quo non impraegna-  
tur alterum. Unde animal habens partes diversas,  
maxime partes istorum animalium, non generatur ex  
coniunctione istorum duorum, sed tale animal tunc  
generatur ex defectu in agente. Si enim in semine  
maris non sit virtus propria neque dominetur virtus  
speciei, sed solum dominatur virtus generis, tunc pro-  
ducitur animal, et non sibi simile in specie, et ita  
secundum quod virtus diversimode vincit aut vincitur,  
fetus diversificatur. Si tamen duo animalia sint con-  
venientia in tempore impraeagnationis, possibile est  
tunc, quod matrix unius conveniat in communibus  
cum spermate alterius, licet in propriis differant. Et  
quia in communibus proportionantur, ideo producitur  
animal, neque tamen simile patri neque simile matri,  
sicut patet in generatione muli. Si tamen virtus in  
spermate maris vincat super aliquas partes materiae  
et ab aliis vincatur, secundum quod vincit, assimilatur  
fetus patri, et secundum quod vincitur, matri. Et  
secundum hoc possibile est tale animal diversificatum  
sic in partibus ex diversis generari.

(1) Ad rationes: Ad primam dicendum, quod species  
sunt impermixtae, ita quod una non est in alia, sicut  
quidam ponunt, tamen ex diversis speciebus duabus  
potest fieri tertia, ut ex nigro et albo pallidum vel  
fuscum. Sic in proposito. Ratio speciei sumitur a  
forma, et in tali animali non sunt formae duae con-  
iunctae, et ideo neque species. Sed materia descissa  
ab utroque commisceri potest, et inducitur forma  
secundum dispositionem materiae et naturam virtutis  
agentis. Productio tamen talis animalis multum de-  
clinat ab ordinatione naturae, et ideo raro contingit.

(2) Ad secundam rationem dicendum, quod si ma-  
trix et sperma non proportionantur in propriis, pro-  
portionari tamen possunt in communibus; ideo etc.

### Quaestio 8

#### Utrum lac sit necessarium ad nutrimentum fetus

Ulterius quaeritur, utrum lac sit necessarium ad  
nutrimentum fetus post partum.

(1) Videtur, quod non. Post partum fetus est com-

pletus; ergo completo indiget nutrimento; tale non  
est lac, sed terraenascens; ergo etc.

(2) Praeterea, non magis sunt completi filii seu fetus  
ovantium quam lactantium; sed filii ovantium non  
indigent lacte post partum tamquam nutrimento; ergo  
neque fetus ambulantium.

(3) Praeterea, nutrimentum est conservativum vitae;  
ergo maxime debet esse calidum et humidum; sed lac  
secundum medicos est frigidum, quod patet ex  
resolutis ex lacte ut caseo et sero.

Oppositum dicit PHILOSOPHUS.

Dicendum, quod natura in operando procedit ordi-  
nate. Nunc autem fetus in utero nutritur sanguine  
menstruo, et cum paritur, extra uterum completior  
est fetus quam ante; completiori ergo indiget nutri-  
mento. Sed partes fetus non sunt ita solidae neque  
completae, quod perfecte possent digerere et con-  
vertere terraenascencia, et ideo natura immediate post  
partum dat nutrimentum menstruo digestibilius et  
terraenascencia subtilius; sed tale est lac. Signum  
enim suae digestionis est albedo, quia calor in dige-  
rendo primo procedit dealbando et secundo deni-  
grando. Et propter hoc lac apparet in partibus cor-  
poris calidis sicut in mamillis, quae in homine situ-  
antur super pectus et in aliis animalibus situantur in  
ventre, ubi magis abundat caliditas, et ideo pili in  
ventre sunt albiores.

(1) Ad rationes: Ad primam dicendum, quod fetus  
immediate post partum non est ita compositus neque  
completus, ut sufficienter possit digerere terraena-  
scencia, sed quia ante partum nutriebatur ex sanguine  
menstruo, ideo post nutritur lacte, quod parum decli-  
nat a sanguine menstruo, quia digestibilius est.

(2) Ad secundam rationem dicendum, quod ovantia  
nutriuntur vitello, quia non pariunt filios intra ute-  
rum, sed extra uterum, et ideo lacte non nutriuntur.

(3) Ad tertiam rationem dicendum, quod lac na-  
turaliter frigidum est, quia in lacte abundat terrestre  
et aquosum; sed tamen ratione continentis et comple-  
tionis digestionis caliditatem participat. Neque oportet,  
quod nutrimenta sint calida et humida in principio,  
quia nutrimentum in principio debet esse dissimile  
ei quod nutritur, in fine vero simile, ut dicitur II DE  
ANIMA.

2-3 ut-Philosophus > T 5 Unde + si T 6 partes istorum animalium T partes diversorum M in specie PE 7 tunc > MPE  
11 non sibi T non nisi MPE 12 diversimode > T 15 tunc > T | communibus + condicionibus T 26-27 sicut-ponunt > T 27 diver-  
sis speciebus > T 31 et > T 34 tamen > MPE 35 extra ordinationem T 38 tamen > MPE 41 necessarium] conveniens T 42 fetus]  
fetus T 48-49 post-ambulantium] ergo etc. T 52-53 quod-sero T ut (et similiter M) patet per ea (in eis M) que (+ per lac M) resolvuntur  
(persolvebat et resolvitur E) ut (+ per M) caseus (caseum M) et butirum MPE 60-61 et convertere > T 69-70 et ideo-albiores > T  
72 compositus neque > T 73 ut] quod T | posset M 74 ex sanguine > T 75-76 ideo-menstruo T natura (?) M 76 quia + melius M  
78 nutriuntur-quia > MPE | pariunt] creant T 86 ei quod nutritur > TPE 86-87 ut-anima > T

3 Arist., De gen. animal. 1.4 c.3 (769 b 22-25). — 54 Arist., ibid. 1.4 c.8 (776 a 15-23). Cf. Averr., De gen. animal. 1.4 c.8. Alb.,  
De animal. 1.18 tr.2 c.7 n.84-87. — 86-87 Arist., De anima 1.2 c.4 (416 a 29-33).